



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 55. Secreta Pontificis pacta cum Galliarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI

A.C. 1524

negotia apud Regem procurabat: igitur præcipuis articulis utrinque acceptatis Gilbertum Veronensem Episcopum ablegabat, ut is, qui prior inducias proposuisset, jam eis ultimam quoque manum admoveret, cum vero Episcopus Cæsareorum castra pertransire deberet, decretum est, ut ad occultandam veram itineris causam non jam inducias, sed omnino pacem sub iisdem tamen conditionibus Lanoyo proponeret. Ast ille cunctis hisce propositionibus furdas aures præbebat; quippe non ita pridem literas acceperat, quibus ei Borbonius significabat, Fronspergium jamjam Italiæ fines cum decem Germanorum millibus fuisse ingressum. Nec acrius instabat Veronensis Episcopus, cum & ipse Lanoyum Proregem ejusmodi consiliis obluçantem cernere gauderet, quocirca nonnisi publicæ securitatis literas petiit, obtinuitque, quibus munitus Regem adiit, qui foedus, cujus mox meminimus, ratum habuit.

§. LV.

Secreta Pontificis pacta cum Galliarum Rege.

*Raynald. an.
num. 96.*

Hujus Fœderis legibus Galliarum Rex fidem suam obstringebat, se Sedem Apostolicam, Medicæorum Familiam, nec-

necnon Florentiæ ditionem protectu-
 rum; vicissim Pontifex spon-
 datenus Cæsareis suppetias missurum, ac
 semetipsum, suam familiam, quæ tum
 non nisi Alexandro & Hyppolito Me-
 dicæis constabat, necnon Florentinos
 datæ fidei sponsores dedit: Sancitum
 præterea, hanc armorum societatem
 duntaxat Papæ vel Regis obitu dissol-
 vendam, nec alia solemnitate firman-
 dam, dummodo Galli in pacifica Medio-
 lanensis Ducatus possessione forent. Ex
 hoc fœdere nil in Sedis Apostolicæ
 commodum speciatim cedebat, nisi quod
 Papa arbitrio suo relinqui peteret, ut
 hanc societatem, si bene visum fuerit,
 ceteris notam faceret, nec tamen ipsi
 Galliarum Regi integrum esset, aut eam
 aliis manifestare, aut discutiendam tra-
 dere. Sancito igitur utrinque hoc fœ-
 dere summus Pontifex Regi Christianis-
 simo auctor extitit, ut Neapolis Regnum,
 utpote præsidio destitutum invaderet,
 simulque eidem pollicebatur, se Gallis
 non modo transitum per Pontificias di-
 tiones concessurum, sed etiam Regis
 copiis toto itineris tempore annonam
 suppeditaturum (*).

§. LVI.

(*) Hujus facti testes adducit Continuator
 Raynaldum & Beccarium, horum primus loc.

Sæcul. XVI.

A. C. 1524.

Belcar. l. 18.

num. 15. & 16